

Mythologia, Francfort, 1581 - VI, 06 : De Circe

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[66-67\] : De Circe](#)

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VI

Ce document est une version augmentée de :

[Mythologia, Venise, 1567 - VI, 06 : De Circe](#)

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VI

[Mythologie, Paris, 1627 - VI, 07 : De Circe](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VI

[Mythologie, Lyon, 1612 - VI, 06 : De Circe](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Francfort, 1581 - VI, 06 : De Circe, 1581

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/5981>

Présentation du document

Publication Francfort, André Wechel, 1581

Exemplaire Regensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 569-577

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Circé](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

gesq; cōtempserit , difficillimē postea à sceleribus coercentur: cum nos , diurnaque consuetudo natura postea fiat assuetis hominibus. Neque aliud sanè labyrinthi viarum inexplicabilis circuitio significare voluit , nisi illum qui semel illegitimis se dedidisset, sine summa difficultate se explicare postea nō posse ante exitum vitæ diem , aut sine summo Dædali ingeniosi admonitoris artificio. ac de Pasiphae ita breviter: nunc de Circe dicamus.

De Circe.

CAP. VI.

CIRCE, ut scripsit Hesiodus in Theogonia , Solis & Perséidis Oceani dicitur fuisse filia in his carminibus:

Ηὲλιος δὲ ἀκάμαντι τίκει κλυτὴ ποντίνη

προσοντικήρκω τε οὐδὲ λιότιο φασιλῆα.

Soli indecesso peperit Perséis at oīm

AЕetam regem & Circeen, clavisima, natos.

Homerus tamen in lib. x. Odyssæ illum Solis & Perses filiam, at non Perséidis inquit in his carminibus:

Λιότιος δὲ εἰ τῆσσον ἀφικέ μιθ'. οὐδὲ δὲ οὐατα

Κίρκω τε πλόκωμος, οὐδὲ θεὸς αὐδήσασ,

πατοκατεγγύητι δλεόφρονες λιότιας.

Ἄλιζω δὲ ικαγάτηλος Φαισιμφρόστι Ηὲλιος

μηλίρεις πίροντες, τὰς ποντίας τίκει παῖδες.

Venimus AЕeta posthac ad litteras totte:

Hanc Circe coluisse grauis Dea dicuntur, illa

Prudentius soror AЕeta fuit: ortus Neter,

Semine de Solis nixidi narratur, & illa

Oceano Persæ mater fuit edita magno.

Alij crediderunt Hecates, alij AЕetæ fuisse filiam, at non sororem. Alij contrà Asteropes & Hyperionis filiam tradiderunt,

sicuti testatur Orpheus in Argonauticis : cuius miram fuisse pulchritudinem inquit, cum splendoris radij ex illius capite emicarent, ut patet ex his:

εἴρε οὐρανῆτη μεγαλέφρονες Λιότιο,

Ηὲλιος ουγάτηρ κίρκω δὲ ικελόσκουσ

μήτηρ Α' σιρέστη καὶ τελεφροῦτες περιοι.

Πρατεῶντι πι τῆα κατήλυσιν. ίχ δὲ έρα πάντις

τάλιμον οὐρανούσαντις. ἀπόκρατος γαρ οὐρανού

πυρσαῖς ἀκτίναισιν ἀλίγκωι ηώριστα.

σίληι δικράνη πείσω τη φλογής.
 ΆΕετα affini, consunctaque sanguine, solis
 Filia, quam proprio dixerunt nomine Circen;
 Asteropeque parent, Hyperionque est annus illa
 Velox occurrit nani, emuli asperentes
 Pertinacere virtus: flammeaque simillimus ardor
 Crimibus auratus illa affuit, igne decora
 Splendebat facies, superiusque simillima Divis.

At Dionysius Milesius libro primo Argonauticorum scriptum reliquit hanc Hecates Persei & Aetate filiam fuisse: nam Perseus & Aetam filios Solis fuisse inquit, quorum Aeta Colchis & Mæoticis; at Perseus Taurice regioni imperauit, duxitque vxorem quandam ex indigenis, quæ Hecate dicebatur. Fuerunt qui dixerint Perseam e nymphaque quadam indigena Hecaten virginem suscepisse venationibus magnopere deditam, quæ prima omnium latiferas radices inuenit, peritissimaque fuit conficiendorum venenorum, ac medicamentorum, quæ in hospitibus experiebatur: quippe cum patrem etiam suum venenis sustulerit. Hanc primam vim aconiti obseruasse tradunt, & verbenas etiam inter veneficas herbas teperiisse. Hanc ablegatam in Colchorum regione Aetæ patruis nupsisse inquiunt, e quo nata est Circe & Medea. Verum cum Circe facta esset senior, vel matrem ipsam, beneficiorum peritis superauit: quippe quæ multa ab ipsa matre didicisset, pluraque ipsa expensis quotidie excogitasset. Dionysiodorus illam etate iam matuta Sarmatarum regi nupsisse inquit, quo paulo post venenis extincto ipsa regno sola potita adeò crudeliter subiectos populos tractasse dicitur, ut regno pulsacum parua mulierum manus in Italiam fugere compulsa sit, & in promontorio, quod ab ipsa postea Circæum dictum fuit, cōsederit. Scriptum reliquit Herodianus lib. 5. vniuersitate historiarum Circe a patre Sole fuisse in Hesperiam in curru deportatam, atque in insula iuxta Tyrrheniam in mari Siculo posita consedisse, quæ ab illa postea Circe a dicta fuit: quam sententiam fecutus Apollonius Rhodius ita scripsit in lib. 3. Argonaut. 170.

ἡ δέ γέ ποτε πατρὶς ἵππῳ σει Η' ιλίοιο
 Δινύσει, εἴ τι μῆνος τοι γένεται λεόμαρτιν
 Κίρκην εἰπεῖν εἴ τοι χρεῖσθαι δικαίομενον
 έκτινε η πάτη τηρούμενον, οὐδὲ ὑπεριώ πιστό

πατέρας μάλα πελλού ἀπό τον ποδικό λυχίδον αἴρει.

Esse prius noctum currunt quod Solis in alto

Erit ablata soror patris, quo tempore Circe

Hesperis accessit longa confusa terra,

Inque solum Tyrrhenorum concepsimus, atque

Nunc quoq; longe habitas patrūs à Colchida aruis.

Alij duas fuisse Circes memorant, atq; ambarum res gestas ad unam detulerunt. Vocata fuit *Æaea* Circe ab *Æaea* insula Phasidi fluvio propinqua in Colchica regione: quam tamen insulam nonnulli esse in freto Siculo crediderunt. Apollonius Rhodius lib. 4. Argonauticorum, *Æeam* insulam in Italia apud Tyrrhenorum agnum esse scribit in his:

καρπαλίμας δι' ιστίδι δι' ιξάλετοῖδης νιάρτη

Λύστρίντες ἀντάπεται τυρολιώδεις εἰσορόσαντις·

Πεντέλιοι Λιαάντει καλυτόις ικ δι' ἄραγης

πάσηματ' ἐπ' ησάντω γεράθειν βάλεν. Ινιάδει κίρκλος

τύρανταλλος νοτιθασι κάρπηπι φαιδρών γένε.

Inde citò flūctu per labitur vīlla carina.

Ansonia apparet Tyrrhenalitora terra;

Æaeaque petunt portus: de pupperudentes

in litora iaciunt. hic Circeen aspiciunt, qua

Arte comas madidas ornabat ab aquore aprica.

Hæc ancillas quatuor dicitur habuisse, quarum opera in conficiendis veneficijs, & in legendis herbis, herbanumque flotibus rebeatum, ut scripsit Paulanias in prioribus Eliacis, at Ouid. lib. 14. Metamorph. Nereidas & nymphas eo fungi officio scripsit his carminibus:

Nereides, Nymphæque simul, qua vellera motu

Nullæ trahunt digitis, nec filæ sequentia ducunt,

Gramina disponunt: sparsosque sine ordine flores

Secernunt calathis. Garuq; que coloribus herbas,

Ipsa quod ha faciunt opm exigit: ipsa quis ejus,

Quoq; sit in folio, qua sit concordia miseri

Nauit, & aduentens pensu examinat herbas.

Vtibatur & in otacillæ carne in veneficijs, sed in amatorijs precepit, quam fabulâ tur fuisse Suadelæ filiam: quæ cum Iouem pharmacis in sui desiderium attrahere conaretur, à Iunone in auem sui nominis mutata est: nam iynx vocata est à Græca. Hæc homines in varia brutorum generis venire solita

dicitur per vires collectatum herbarum: de qua ita scripsit Virgilius libro septimo:

Hinc exandris gemirme, iraq, leonum
Vincitare censantum, ac sera sub nocte rudentum;
Setigerique fnes, atq, in preseribis foris
Sanire, ac forma magna roribus culare imporum.
Quos hominum ex facie Dea sena potenteribus herbis
Induerat Circe in cultus ac terga ferarum.

Quos cibos ijs daret Circe, quos in eas formas vertere cupiebat, significauit Lycophron his carminibus:

πιατίδιον κλαστούκεπόμεται
θράκαιαν ιγυκυώσι αλφίτω, θρόισ,
καὶ κῆρις κνητόμορφαν εἰδὲ θέσμορος
τίνοτε: δέ ταξίστησι φρεβάδες,
γίγαρτη χιλῶσι μικρά γένεα τρυγόδε,
καὶ τίμφυλα βρώκεστ, ἀλλά την βλάρον
μῶλυ σπέσσρητα, καὶ κτάροι φωνής:
Ναυαριάτης πρικιφάλος φωνὴ τούτη.
Quam post ferarum signum sanguinebitur
Dracana subiget ut farina hordea,
Fatumq, vertet in feras, misella at he
Querentur infortunium facti sues,
Edentq, acinos sua haras inclut, sed hunc
Radix ab ipso subtrahet persoeno
Vocata moly: liberabit hunc tricte
Non acriter visus, & Cernus Dens.

Hæc ita scripsit Ouidius in lib. 14.

Nec mora: miscerit ostis subbet hordea grana,
Mellaq, viniq, meri, cum latte coagula passo:
Quiq, sub hac lateant furfim dulcedine succos
Adyest, accipimus sacra data pocula dextra.

Nam cum cibos hos illis portexisset, poculo hausto ac virga quadam tacti cum quibusdam magicis verbis subito in feras vertebantur. ita Ulyssis socios versos esse scripsit Homerus in libro x. Odyssee, cum tamen Ulyssem vertere nequiuerit, qui antidotum radicem moly aduersus veneficia à Mercurio accepereat. Sunt enim veneficiorum remedia credita, moly, stella marinus piscis, lapillus laaspis, rhampus, salix, pulicaria, aliaque multa plantarum, lapillorum, animaliumq; genera. Hæc cum Vlysse

Vlyssē versata Agrium ac Latinum peperisse ex eo dicitur, vñ in his ait Hesiodus in Theogonia:

Κίρην δ' Ήλιον δυγάτην τ' περιστήσας
τίκλινο δυνατῆς τε λασίφενος εἰρφιλότητης
Αἴγρειον, ἦδι Δαστήνον ἀριμονάτε κρεστιόδυτης.
Filia solis ad hinc Hypersonis edit Vlyssē
Iuncta a thoro Circe duo pignora: dicitur alter
Agrimus, ait alium priscis dixere Latinum.

Habuit Telegonum etiam filium Circe ex eodem Vlyssē, & Ausonem à quo Ausonia dicta est, & Casiphonem. verum tamens ridiculum est, vt ait Zezes hist. 16. chil. 5. quod cum Vlyssēnum annum versata tres filios pepererit, quanto magis abhorre: à veritate vt quinque genuerit: dicitur præterea Marsias à quo Marti populi vocati sunt, & Romanus, filij fuisset eiusdem Circes. Memorie prodidit Strabo lib. 9. Circes mortuæ sepulchrum in altera Pharmacusañ insularum, quæ non procul distat à Salamine, erectum fuisse. Atq; de Circe summatim hæc dicta sunt: nunc quid per hanc senserint antiqui, perquiramus.

¶ Circe Solis & Perséidis filiæ Oceanī fuit filia, vel Hypersonis & Astroxipes, vt alijs magis placuit, quia ex humore & calore Solis omnia nascuntur. Dicitur enim Circe à miscendo, quia in generatione necesse est vt hæc, quæ vocantur elementa, miscantur, quod non nisi per motum Solis fieri potest. Est enim Perséis vel Persē Oceanī humor, qui vel materiæ vel formæ in generatione rerum naturalium: quare generatio & cōmibio illa quæ fit in generatione naturalium corporum, meritò Circe, & Solis se filiæ Oceanī filia dicta fuit. Habuit quatuor ancillas, quæ flores & herbas ad beneficia colligebant, quæ quidem sunt quatuor elementa, omnium motuum naturam nobis pro suis viribus ministrantia. Credita est hæc Circe esse immortālis, quia perpetua sit elementotum inter se generatio & corruptio. Hanc crediderunt antiqui homines in diuersa animalium genera commutare, quoniā ex unius corruptione nunquam eiusdem formæ aliud nascitur, sed longè ab eo diuersum: putaruntq; illam Æream insulam habitalem, ob morbos & querelas animalium, quæ paulatim deficiente vi compositorum diuersis molestijs afficiuntur. nam, & heu, heu, si-

gnificat. Hec cùm omnes reliquos homines in bellus cōmūtarit, Vlyssem tamen mutare non potuit, quia Deorū immortaliū munere, quò minus id pateretur, erat cōmunitus. Quo enim pacto diuina & immortalis existens anima Dei optimi beneficio vel Solis, vel villa vi naturæ poterit corrupti: aut quo pacto diuina ratione communita poterit in bellum commutari: possunt id quidem pati animæ comites, elementa scilicet, quæ sunt in corpore immortali animæ annexa & coniuncta, at anima ipsa nullo pacto potest, cùm diuinæ naturæ sit à Deo procreata. Per hanc agitur immortale esse animam, ut ego quidem sentio, significarunt: quamvis corpus & multis morbis, & corruptioni deniq; sit subiectum. Cùm verò Circe mistio sit, ut dīchum est, in rebus naturalibus propter motum Solis, iure tot res per veneficia dicitur fecisse, Lunam de cœlo deduxisse, stitisse flumina, arbores ac segetes ab trāstalisse, que passim scribuntur à poetis, nam cùm vapores plurimi exurgunt, quis nō videt Lunam aliquando vel ad medium mensē occultari, aliquando propter penuriam imbr̄tium vel fontes ipsos arefescere, neq; ex ijs flumina defluere. Atque accidit propter humoris penuriam aliquando, ut ibi segetes nullæ sint, vbi fertilissimæ esse consueverunt: ibique sint vberiores, vbi nullæ fuerunt antea, aut contrà istud cecidit propter humoris copiam. neq; hoc sanè villa alia sit ratione, nisi vicissitudine naturæ, que nascitur è commixtione elementorum, sicut illud magis aut minus fit. Atque hæc quidem sunt quæ sub hac Circē fabula ad physicam rationem spectantia continebantur, ut ego quidem sentio, quæ tamen omnia ad Chemicā scientiam nonnulli deducere conantur, cùm eius rei gratia, at non vel physicæ vel morum institutionis hæc ficta ab antiquis contendant. Sed ut hos prētermittam, tam ingeniosi fuerunt fabularum artifices antiqui, quæ à poetis celebratae sunt, ut non res physicas tantum sub earum nōnullis complexi fuerint, sed etiam in vniuersam humanam vitam utilissima præcepta tradiderint. Atqui multiplices fuerunt causæ, quibus compulsi sunt antiqui ad fabulas confingendas: primum quodd multa paucis verbis complectebantur: deinde quodd vtiles essent & accommodatae memorie ob artificiosem seriem historiæ, tunc quodd essent suaves ob delectationem propter mirabilitatem rerum excoigitatum. quibus accedebat quodd odiosum videbatur humanae,

aut

*Circe natus fuit
Circe natus fuit*

aut etiam magis siquid in esset diuinæ nature, sua arcana cuius patet facere, que sub fabularum tentorijs figmentisque de liteferent. Nam ut vinum in malè affectis vatis corruptitur, neque pristinam transmittit ad bibentes suauitatem, ita res diuinæ aut philosophicæ cum vulgo communicare corruptuntur, cum per tempora ad magis rudes profecte in manus tradantur. Huc accedit quòd cognitio rerū maximarum cū maximo artificio sub fabulosis corticibus occultata ita magis integræ conservatur, & ad posteros transmittitur. nam cum methodus ita diligentius servaretur, neque posset sine multa difficultate variari, sic facilis percipiebantur ea que de philosophia essent tradita: quare etiam efficiebatur ut varia ingenia, quasi opiparo variorum ferculorum apparatu, illa varietate rerum tenerentur. Age vero paucis ea quæ sub hac fabula continentur ad mores informandos spectantia percurramus. Circe Solis & Perseidis filiæ Oceanî filia fuisse dicitur, quia libido ex humorc & calore sit in animalibus. Hoc cùm naturalis sit titillatio ad voluptates excitans, si nobis dominetur, beluarum vitia in animis nostris imprimit, facitq; cum siderum aspectu, & cum illis conspirat, quorum alia ad Venerem & ad comedationes, alia ad iram, crudelitatem, improbitatemq; omnem nos alliciunt: idcirco si his cupiditatibus aliquis paruerit, eum fabulantur in aliquâ formam beluz à Circe fuisse conuersum per beneficia, cùm illa vel astra de celo deducere possit: quoniam non sine aliqua siderum vi naturalis est in nobis, vel ad hanc, vel ad illam turpitudinem propensio, ad quæ facile delabimur, nisi nobis diuina clementia opem tulerit; neq; labi patiatur, quod per munus Vlyssi à Mercurio datum intelligitur, atq; in his innuit Virg. lib. 7.

Ethica

*Quæ ne monstra p̄p̄ patarentur talia Tros
Delati in partus, neu litora dira subirent,
Neptunus ventis impletus vela secundis,
Atque fugam dedit, & prater vada feruida vexit.*

Pro flagitorum igitur natura, ad quæ quisque erat propensus, in variis animalium brutorum formas vertebatur. nam libidinosi, sues: iracundi, leones aut vrsi siebant: & reliqui eodem pacto. Quòd vero harum rerum causa fabule fingerentur, patet faciūt illa quæ scripta sunt ab Homero de Vlysse. nam cur eum inter Phæacum delicias inseruit? cur in Lotophagorum regione multos socios illius gustato fructu suauissima-

rum arborum redditus & patræ oblitos fecit? quia multi vbi
deliciarum voluptatumq; facultas conceditur, illam apud Eu-
ripidem Cyclopis ita clamantis sententiam semper habent in
animo, si proferte pudeat:

αἰγὼ ἔτιπι θύμωσθληγίμοι, θεοῖς οὐδὲ
κρέτη μεγίτη γαστρὶ τῆδε δαμόστωτ.
ἀετὸς παῖν γεινά φαγεντεύφημίρα,
ταῦτα εὗτοι ἀνθρώποις πίστεώφροσι,
λυτῆν δὲ μαδίν κατότ. οἱ δὲ τούτους
ἴσιτο, ποικίλοντες ἀνθρώπων θύσιον,
κλαύχην θάνατον. τὸν ἴμαντα ψυχήν τινα
οἱ ταῦτα μετεθρῶν τινα.

*Non nulli ones malo, nisi miseri, hand Deū:
Et damoni huic ventri Deorum maximo.
Huc Iupiter, lex hic diebus singulis
Esibendis, edendi que est viris prudentibus,
Marorū & pellendi, at illi, qui viris
Leges dedere, ingeant deū lices.
Cessabo nunquam ego miseri concedere
Incunda, leta, dulcia.*

Alij sunt ad voluptates quidem difficiles, neque illis supra modum delectatur, qui tamen siquid aduersi contigerit, continuo infringuntur, animoque ita sunt demissi, ut neque inter viuos quidem se interesse sentiant. Idecirco siqui socij Vlyssis crepti sunt voluptatibus, illi inter gravissima pericula perierunt, cum alij à Cyclope votati sint, alij à Læstrygonibus, alij à Scylla voracissimo monstro absorpti. Alij cum neq; vi deliciarum, neque periculorum magnitudine victi fuissent, ob auaritiam in multas difficultates se intruserunt: cum vitrem ventorum plenum ab Æolo inclusorum clam dormiente Vlysse soluissent. alijs potius ambitione, quam vel auaritia, vel omnibus prædictis difficultatibus erant consternandi, nisi Vlyssis prudentia fuissent aures omnibus obturatae aduersus Sirenum catus. Verum ad hæc omnia periculorum vel voluptatum genera iniicitus persistit Vlysses, eximisque constantiæ & fortitudinis suæ dedit experimentum. Nihil autem horum superauit sine duno confilio, quia in utraque fortuna opus est auxilio Deorum immortalium, cum nulla humana sapientia satis sit ad eam rectè scandare. Cum nullo alio dicta est rem habuisse Circe,

qua

quia attonitorum & dementium nullus est visus, cum Ulysses
contraria mente praeditus ac prudens cum illa assidue versaretur.
Atque ut summatim dicam, per hanc fabulam significare vo-
luerunt antiqui sapientem virum in utraque fortuna oportere
se moderatè gubernare, & ad omnes difficultates inuictum
confidere, cum reliqua multitudo tanquam leuissima nauis
huc illuc fluctibus defecatur, & quocumque ventorum incon-
stans impulerit: quare mutari fuerunt in beluas Ulyssis socij,
cum ipse inuictus ob sapientiam, quæ verè est Dei munus, per-
sistens. Ego Ulyssem rationis participem animi & nostræ partem
esse crediderim: Circen esse naturam: Ulyssis socios animi fa-
cilitates conspirantes cum affectibus corporis, ac rationi non
obtemperantes, natura igitur est appetentia rerum illegitima-
rum, nam recta lex retinaculum & frenum est deputati inge-
nij, cum deceat existimare beluas, illas facultates, at ratio qua-
nos facit una Deo similes, inuicta aduersus eas illecebras appre-
tentiae persistit. At nunc dicatur de Medea.

De Medea. CAP. VII.

MEDEA verò filia fuit Æcta Colchorum Regis & Idyis,

sicut testatur Hesiodus in Theogonia in his:

Λίττης δὲ φασι, μήπετε Ηλίοιο
πύριον ακατότοτε ποταμέον
γῆς, πάντην λήσιν, οὐδὲ ποταμόν τε γενον.
Ηδίτοι εἰ μήδεια φυρον σφιλέστει
γάρδον ὑπεδιηδεῖσι καχρυστὴν Λαφροῖτιν.
Æcta νεορεμ duxit de semine clars
Prognatum Solis, natam de semine magni
Oceanus Idyiam pulchram sic fara inuebant.
Inuita in amore parit Medeam deinde puellam
Præstantem formam inuixit Venus alma maritum.

Fuerunt enim Aloeus & Æcta Solis filii & Antiope, è quibus
cum Æcta impetio paterno minimè contentus in Colchos
profectus esset, Corinthi regno paterno Buno Mercurij filio
interim permisso, Idyiam Oceanus filiam in Cytra Colcho-
rum ciuitate duxit, è qua Medeam & Absyrtum suscepit. Alij
tamen putant Absyrtum maiorem natu fuisse Medea;
quem ex Caucasia Asterodia Oceanus & Tethys filia Æcta sus-
cepit, inter quos fuit Epimenides, quem Absyrtum proptei-

Q